Universitätsbibliothek Paderborn

Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon Prussiae

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XLI. De Adventu Principum Imperialium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Visual Library

per demolitionem caſtri Naſſavv & aſſignationem medietatum Wiſſelæ & Navigii in Thorun.

ANIMADVERSIONES.

(a) Alii ſcribunt Michaelem non libere Magiſtratu ceſſiſſe, ſed à fratribus Ordinis Magiſtratu pulſum eſſe. *Vid.* Schuz. *lib. 3. fol. 113.*

(b) In Pactis de An. 1436. Nieſzovva cum toto illo territorio Polonis ceſſit. *Vid. Pacta dicti Anni in Privilegiis Ducalis Pruſſiæ fol. 7. b.*

CAP. XLI.

De

Adventu Principum Imperialium.

EOdem etiam anno (a) lite jam ſedatâ Dominus (b) Archiepiſcopus Colonienſis, Ludovicus Comes Palatinus Rheni, (c) Henricus Dux Bavariæ cum nonnullis aliis Principibus liberis militibus & ingenti armigerorum comitiva huic Patriæ in ſubſidium advenerunt in vigilia Simonis & Judæ Apoſtolorum Mariæburgi ſubintrantes & usque ad Feſtum Prurificationis Mariæ his in partibus moram trahentes.

ANIMADVERSIONES.

(a) Pacem factam per Principes in hoc capite commemoratos, tradit Caſp. Schuz. *lib. 3. fol. 113. b.*

(b) Dietericus nomine, ut habet Schuz. *l. c.*

(b) Cui nomen Henricus. Schuz. *ibid.*

CAP. XLII.

De

Rigida hyeme.

EOdem (a) anno intenſa erat hyems, ita ut Wiſſela in certis locis congelata ſtetit à Feſto S. Barbaræ usque ad Feſtum S. Gregorii.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN